Fragmentarium

cypri refloreſcat dilatatur et exareſcat ſynagoge
flos marceſcit et floret eccleſia. Mors et uita
conflixere reſurrexit criſtus uere et cum xp̄o
ſurrexere multi teſtes glorie. Mane nouum
mane letum ueſpertinum tergat fletum quia
uita uicit letum tempus eſt letitie. Ieſu uictor
ieſu uita ieſu uite uia trita cuius morte mors
ſopita ad paſchalem nos inuita menſam cum
fiducia. Viue panis uiuax unda uera uitis et
fecunda tu nos paſce tu nos munda ut a morte
nos ſecunda tua ſaluet gratia. Amen. Proſa.

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, Latin 17309, 14r – Prosarium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-s5tg/3256/35032)